

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek


Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Inipit prefatio in omnes epistolas sancti pauli ad romanos.



Quoniam queritur: quare post euangelia quae supple-
mentum legis sunt et in quibus nobis exempla et precepta
vivendi plenissime digesta sunt: voluerit apostolus
has episto-

las ad singulas ecclesias destinare. Hac autem causa factum videtur: ut scilicet in iudicia nascentis ecclesie novis causis existens perveniret: et ut per omnia atque orientia resceret vicia: et per futuras excluderet questiones: exemplo prophetarum. quod post editam legem moysi in qua omnia dei mandata legebantur: nichilominus tamen doctrina sua rediit ut semper populi oppressere peccata: et propter exemplum vivendi libros ad nostram etiam memoriam transmissit. Deinde quiritur: cur non amplius quam decem epistolas ad ecclesias scripserit. Decem sunt enim cum ea quae dicitur ad hebreos: nam reliqua quatuor ad discipulos specialiter sunt porrecte. Ut ostenderet novum non discrepare a veteri testamento. et se ad legem non fecerit moysi: ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistolas destinavit: et quod ille per precepta a pharaone instituit liberatos: totidem epistolas a dyaboli et ydolatrie servitute edocet acquiritos. Nam et duas tabulas lapideas. duorum testamentorum figuram habuisse: viri eruditissimi tradiderunt. Epistolam sane quam ad hebreos scribitur quodam pauli non esse affirmant. eo quod non sit eius nomine titulata. et propter sermonis stilitate distantiam: sicut videtur barnabe iuxta terentianum aut lucam iuxta quosdam: vel certe elementis discipuli apostolorum et episcopi romane ecclesie per apostolos ordinati. Quibus respondendum est: si propterea pauli non erit quod eius non habet nomen: sed nec alicuius erit: quod nullius nomine titulatur. Quod si inconveniens absurdumque est: ipsi magis esse credenda est quam tanto doctrine sue fulget eloquio. Sed quoniam apud hebreorum ecclesias quasi destructor legis falsam suspitionem habebat: voluit tacito nomine de figuris legis. et veritate christi reddere rationem: ne odium nomine fronte prelatum: utilitatem excluderet lectionis. Non est sane mirum si eloquentia

videatur in proprio. id est hebreo quod in peregrino id est in greco: quod ceterae epistole sunt scripte in latino. Movet etiam quosdam quare romano epistola in primo sit posita: cum eam non primo scriptam rationem manifestet. Nam hanc se profuisse iherosolimam scripsisse testatur cum corinthios et alios iam ante ut misterium quod secum portaturus erat colligeret litteris adhortatus sit. Sed inde intelligitur quodam voluit ita omnes epistolas ordinatas: ut prima poneretur quamvis posterior fuerit destinata: ut per singulas epistolas gradibus ad perfectiora veniret Romanorum namque plerique tam rudes erant: ut non intelligerent dei se gratia. et non suis meritis esse salvatos: et ob hoc duo inter se populi confliterent. Idcirco illos indigere assensu corrigi: vicia gentilitatis pro memoria commemoras. Corinthios autem iam dicit scientiam gratiam esse necessariam: et non tam omnes increpat: quam cur peccatos non increpaverunt reprehendit sic ait. Audite inter vos fornicatio. Et iterum Congregatis vobis cum meo spiritu: tradere huiusmodi satibane. In sedem vero laudantur: et ut magis ac magis proficiant ammoneret. Galathae vero iam nullius criminis arguitur nisi hoc tamen. quod callidissimis pseudo apostolus crediderit. Ephesios sane nulla reprehensione sed multa laude sunt digni: quod fide apostolica buave fuerunt. Philippenses etiam multo magis collaudantur. quod nec audire quod falsos apostolos voluerit. Thessalonicenses nichilominus in duabus epistolis omni laude presequitur: eo quod non solum fide iussus buaverunt veritatis: sed etiam in persecutione civium fuerint constantes invicti. Colosenses autem tales erant: ut cum apostolo visi corporaliter non fuissent: hac laude digni haberentur. Et si corpore inquit absens fuit: sed spiritu vobiscum sum gaudes et vides ordinem vestrum. De hebreis vero quod dicendum est quorum thessalonicenses quod plurimum laudati sunt: imitatores facti esse dicuntur: Sic ipse ait. Et vos fratres imitatores facti estis ecclesiarum dei quae sunt in iudaea: eadem enim passi estis et vos a tribulibus vestris: quae et illi a iudeis. Apud ipsos quod hebreos eadem commemorat dicens. Nam et vinctis et passi estis: et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis: cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam.

**Explicit prologus generalis in omnes epistolas
Inipit prologus specialis in epistolam ad romanos**